Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ſtitibus & prælatis eccleſiæ, contra ſcripturam, Principi po
puli tui ne maledixeris, quam & Apoſtolus ſuam excuſans
ignorantiã, quod principi ſacerdotũ contumeliam dixiſſet,
clare vſurpauit, licet Lutherus eum aculeum ne ſe pungat
intorqueat, & Apoſtolum ex ingenio ſuo ſycophantico me
tiatur, vt qđ ſciuit, neſciſſe fingeret, tamẽ quam in hoc & re
liquis deliret, & ſemet irretiat, demũ latius conſtabit. Vult
omnibus omnia quæ ſcripta ſunt prodi, & ab ipſis cerdoni-
bus verba dei expendi, cum inquit Chriſtus ſolis Apoſtolis
datum eſſe ſcire myſteria Regni cœleſtis, cæteris per para-
bolas, vt videntes non videant, & audientes non intelligãt
Epiſcopos & ſacerdotes omnes, vitamq́ ipſorũ impura &
ſpurcidica lingua dehoneſtat, omĩaq́ acta ipſorũ in malam
partẽ interpretat̃, contra verba domini, nolite iudicare. So-
lus eñ ſcrutans corda, & renes deus, qui ſi maxime ſceleſti
ſint & improbi, an non ideo Epiſcopi & ſacerdotes? an nõ
ideo munere ſuo fungentes? an Caiphas non vaticinatꝰ eſt
oportere vnũ mori ꝑ populo, non a ſemetipſo, ſed quia põ
tifex fuit anni illius? An non dixit Chriſtus Phariſeos clau
dere cœlum aliis, quãuis ipſi non ingrediant̃? An non de-
notans ipſorũ crimina præmoneat, quæcunq́ iuſſerint faci-
te, ſecundũ opera illorũ nolite facere? quæ omĩa clariſſima
pręſtigiator iſte cimmeriis tenebris offundere & limitare co
natur, Nempe Chriſto hæc tum non adeo conſiderante, ne
q́ adeo perſpicaci exiſtente, vt nũc Lutherꝰ. Abrogat cen-
ſus eccleſiaſticos, cum tamen iubeat Chriſtus dari quæ ſunt
Cæſaris, Cæſari, quæ dei, deo. Dei aũt eſt, quicquid eius
gratia inſtitutũ eſt. Cũ præterea exprobrans phariſæis deci-
mationẽ, & intermiſſam miſericordiã & iuſticiã, ſubinferat
hæc oportuit facere, & illa non omittere. Cũq́ offerre iube
at ſacerdotibus ꝑ emundatione ſui. Cum deniq́ mulierem
pauperẽ commendet, quæ in Gazophylatiũ templi quid-
quid habuit ex facultate ſua coniecit. Tollit cæremonias &
inſtituta legis, quę ipſe Chriſtus ſeruauit, vt q nõ ſoluere le
gem, ſed adimplere venerat. Damnat ieiuniũ, & preces pro
lixas,